

# EPHEMERIDES LITURGICAE

## SUMMARIUM

DISSERTATIONES	Pág.
J. LECLERCQ, Formes anciennes de l'Office marial . . . . .	89
K. GAMBER, Ein römisches Eucharistiegebet aus dem 4.-5. Jahrhundert . . . . .	103
A. CHAVASSE, L'oeuvre littéraire de Maximien de Ravenne . . . . .	115
NOTAE	
A. BUGNINI, Ordo ad Synodum primam romanam . . . . .	121
A. COPPO, Gli scavi della necropoli Vaticana in una recentissima pubblicazione . . . . .	128
IUS ET PRAXIS	
ACTA SANCTAE SEDIS — <i>S. Rituum Congr.: Variaciones in Missali et in Rituale Romano in precibus pro Iudeis (notula)</i> . . . . .	133
RECENSIONES (v. in III involuci pagina) . . . . .	135
NOTITIAE . . . . .	142
Acta S. Sedis — Austria — Gallia — Hispania — Italia — Brasilia.	

I U S   E T   P R A X I S  
A C T A   S A N C T A E   S E D I S  
SACRA RITUUM CONGREGATIO

VARIATIONES IN MISSALI ET IN RITUALI ROMANO  
IN PRECIBUS PRO IUDAIS<sup>IC</sup>

1. Die 19 maii 1959 S. Rituum Congregatio (Prot. U. 4/959) statuit mutationes faciendas esse in Missali romano in precibus pro *Conversione Iudaeorum*, n. 8 orationum sollemnium, feria VI in Passione et Morte Domini.

Haec variatio communicata est Ordinariis locorum directe per Nuntios et Delegatos Apostolicos: Iuxta editionem Vaticanam Missalis romani variatio sic se habet:

Oremus et pro Iudeis: ut Deus et Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum: ut et ipsi agnoscant Iesum Christum Dominum nostrum.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Iudeos etiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcaecatione deferimus; ut agnita veritatis tuae luce, quae Christus est, a suis tenebris eruantur. Per eundem.

2. Die 27 novembris 1959 S. Congregatio Rituum (Prot. H. 10/959) decrevit abolendas esse sequentes formulas in RITUALI ROMANO, tit. II, cap. IV, n. 10: *Ordo Baptismi adulorum*, et cap. VI, n. 7: *Supplenda super adultum baptizatum*:

*Et si Catechumenus venerit de gentilitatis errore seu de ethnicis et idololatriis, Sacerdos dicat:*

Horresce idola, respue simulacra.

*Si ex Hebraeis, dicat:*

Horresce Iudaicam perfidiam, respue Hebraicam superstitionem.

*Si ex Mahumetanis, dicat:*

Horresce Mahumeticam perfidiam, respue pravam sectam infidelitatis.

*Si ex Haereticis, et in eius Baptismo debita forma servata non sit, dicat:*

Horresce haereticam pravitatem, respue nefarias sectas impiorum N., exprimens proprio nomine sectam de qua venit.

*Notula.* — 1) Quaestio de abolendis verbis *perfidii* et *perfidia* in oratione pro Iudeis, feria VI in Passione et Morte Domini iam diu matura est. Occasione instauracionis Hebdomadae sanctae (a. 1955) res agitata est et per diuidum soluta: restituta fuit genuflexio, sed intacta manserunt verba illa, quae sensu originario exactissima erant, nunc autem « aurium offensiva » sunt. Tunc, rem commentantes, vota promimus tandem aliquando etiam verba illa posse mutari vel aboleri (cfr. A. BUGNINI - C. BRAGA, *Ordo Hebdomadae sanctae instauratus*. Romae 1956, p. 115, nota 14). Sapienti consilio hoc factum est; de quo plures Summo Pontifici Ioanni XXIII grato animo plaudent.

2) Altera omissio est logica consequentia prioris mutationis. Adulti, qui bona fide per tot annos in propria religione vixerunt, christianam militiam amplectentes aegre ferunt de paterna religione tam cruda verba sibi proferenda.

Formulae illae, de cetero, non pertinent ad antiquissimum patrimonium ritus baptismi, nec peculiare habent momentum. Simplex ac pura omissio fuit optima solutio quaestionis.

*ab*